



11.
8.

Joannes Albertus Bannius
 Constantino Hugonio Equiti
 Άπαρτα Μουσικα.

Aspirante Valitudine meliori, Vir Nobil^{iss}, ad creditores
 meos, Fideiussoremq^{ue} liberandos venio. Et quoniam me
 totum Vocalem, consonantemq^{ue} consuisi: Libras omnes, Vocales
 scilicet, consonantesq^{ue}; atq^{ue} ex ijs natas Syllabas, dictiones, oratio-
 nes, ratiocinationesq^{ue}, sententiamq^{ue} meam de re Musica affero;
 necessariam Harmoniam, hoc est Modulamentum, Concertumq^{ue}
 Flexanimum demonstrando. Cujus rei argumentum erit exem-
 plum epistole, ad Annam Mariam Scivmanniam πολυδολογη-
 η πολυεστοφα, Puellam Miraculum; a me partim adhuc
 infirmo, partim vero convalescente, scripte. Cui etiam exarata-
 re nosos Notularum Musicarum Characteres, a Mersemo trans-
 missos, una cum duodecim Cautiombus meis destinabi: Eamq^{ue}
 rogabi, ut Mersemo exemplum ipsius epistole prima occasione
 transmittat. Quod si illud tibi etiam vel prius facere placue-
 rit, ut longiori mora suspensum Creditorem plenissima satis-
 factione summoveas, adspirator. Ut ut fiat, videbimus quid
 sermo vesper velit, et quid responsi recipiam. Ad Mersemen-
 etiam iam propediem scribam: atq^{ue} alia consimili ratione Musi-
 cis, que mihi interroganti applicare non potuit, satis-
 faciam. Jam enim eo res debent, ut quidquid penes me est
 Musicarum rerum, licet publicam diuitum subrefugere nequeat.
 At de modo atq^{ue} ordine rerum prius agendum. Nam ad Scien-
 tie Artisq^{ue} Musice perfectionem, hec duo clarissime tradenda
 sunt: Modulamentum scilicet, et Concertus. In Modulamento
 Considerandi sunt passus Musici. In Passibus vero veniunt
 Vox, Circulus seu Tropicus, Interbellum, motus, Tempus, Nu-
 merus: oratio quoq^{ue}, ac verba, sonusq^{ue} παθος, et Accutus, simi-
 litudinis cujuscuq^{ue} lingue; ipsaq^{ue} orationis distinctio; Interroga-
 tio scilicet, Admiratioq^{ue} seu exclamatio: item puncta, cola, et
 commata, accurato silentio comprimenda. Concertus vero

Concinnarum duarum, ^{vocum,} vel plurium, & per proprias consonantias, ad
Accountum et τὸ πᾶθος orationis, modulationem exhibet.
De his data opportunitate transigimus. Interea videri mihi
de epistola ista satis assequere que a me volebas: et nunc
confuso Parisiensi satisfecimus, candidè significo. Jam enim
ad amissionem omnia arana Musice solidis demonstrationibus
rationibusque aspectibus esse video: adeo ut quamlibet quo-
rumcumque Intervallorum, Consonantiarumque Speciem, imo
singularem Speciem distinctissimam delectandi, nobiscumque po-
testatem, vel digito demonstrare, et ad oculum auresque expli-
care valeam. Unde nihil a me casu, vel fortuito, sed ex car-
tissima scientia fit quidquid in Musurgia geritur. Cujus
rei Ideam in ista epistolica ratiocinatione, veluti ex ungue
Leonem, agnosces. Singulorum vero punctorum minutionem
Applicationem ad votum tuum expediam habebis. Tunc per
tuos paratissimus imperio. Super et ut data occasione indicat,
quid de hisce omnibus censas: tardiorum quoque rescribendi moram
hujus discursus pretio seu usura solitam habeas: meque tuis vo-
tis deditissimum, contra quosdam, Mores, et Zwisces, soli-
tò favore atque patrocinio amplectaris. Vale. Harlemi
Aequinoctio Autumnali. MD. DC. XL.

Tuus
J. Alb. Bannius

1525.14
1557.14
1620.
1637.14

~~1525~~
1527